



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

38 Collationes parochialium contra formam sacri concilij factae sunt  
nullae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

33 Magis idoneus in scientia, cujus mores ignorantur, non autem est preferendus alteri minus docto, approbato tamen, quoad mores, immo est postponendus. congreg. fact. conc. super eo. cap. 18. sub tit. eadem, & Patavin. quia per dictum decretum cap. 18.

34 Nulla facultas data est examinatori-  
bus in electione magis idonei, cui bene-  
ficiū est conferendum, sed ea ad solum  
Episcopum spectat, ut per congreg. super  
eo. cap. 18. in decis. sub tit. Barchinonen. quæ  
incipit: sciendum, & alia sub tit. Paduan. quæ  
incipit: per decretum, licet enim concilium  
non expresserit, an vota examinatorum  
35 palam, aut secreto dari debeant, magis ta-  
men expedit, ut examinatores inter se sua  
vota conferant, deinde notario jubeant,  
ut in actis suis simpliciter scribat, Titium  
approbatum idoneum, Sejum verò repro-  
batum, ut Romæ fit, & ita tenet sacra con-  
gregatio super eod. cap. 18. in decis. sub  
verb. eadem, quæ incipit: licet concilium.

36 Bononiæ autem vota examinatorum per  
fabas albas, & nigras secreto in pixi-  
dem injiciuntur, indeque, apertis vo-  
tis, pronuntiatur examinatus, approba-  
tus, vel reprobatus; & hoc modo ces-  
sant disputationes, quæ alias quandoque  
ex affectione oriri possunt. In Urbe ta-  
men ob maximum concursum ad examen  
confluentium, hic modus haud facile  
servari potest, Verum extra Urbem puto  
per secretos calculos licite vota cribrari  
posse, non enim datur et appellatio à re-  
37 probatione examinatorum, sed dun-  
taxat à mala Ordinariorum electione, ut  
ibidem à congregatione fuit decisum,  
ut in decis. sub tit. Farsen. Legionen. Marsi-  
san. Cremonen. & ita procedit dicta const.

Pij V. quæ concedit appellationem à ma-  
la electione illis, qui in concursu rejecti  
fuerunt ab examinadoribus, ut in ead. con-  
stit. §. ut autem, quæ non habet locum in  
beneficijs juris patronatus, ut fuit per ean-  
dem sacram congregationem declara-  
tum super eod. cap. 18. decis. sub tit.  
Legionen. quæ incipit, constitutio Pij V.

Sed, si collatores carnalitatis, aut alte-  
rius humanæ passionis affectum, non ra-  
tionis iudicium sequentes, personis minus  
dignis, postpositis dignioribus, parochiales  
contulerint, et licebit rejectis prætendenti-  
bus in concursu, se fore gravatos à mala  
electione, ad superiores, aut Episcopos  
viciniores, vel ad sedem Apostol. appella-  
re, & de suo gravamine in novo examine  
coram iudice appellationis, vel de illius  
mandato coram alijs examinadoribus edo-  
cere, & tunc, qui magis idoneus iudicatur,  
præfertur, ut in ead. decis. sub tit. eadem. &  
Patavin.

38 Collationes verò contra prædicti sacri  
concilij decreti formam & tenorem fa-  
ctæ, sunt subreptitiæ, & nullius roboris,  
vel momenti, nullumque tribuunt titu-  
lum coloratum possidendi, dict. cap. 18.  
sess. 24. & d. const. 32. Pij V. §. nos ad quo-  
rum, & §. ut autem. Appellatio nihilomi-  
nus non suspendit electionem, quominus  
debitæ executioni demandetur, & sic pro-  
visus, lite pendente, à possessione amoveri  
non potest, dicto cap. 18. & §. hac tamen,  
ead. constit.

39 Si verò parochiales sunt juris patro-  
natus laicorum, tunc non requiritur ex-  
amen per concursum, sed est admitten-  
dus ille, qui intra tempus à jure patro-  
nis laicis præfixum ab ipsis patronis præ-  
sentatus, ac ab examinadoribus fuit ex-